guitur ide̅ ꝯfirmãdo. ſ. ꝙ obedientia eſt maxima virtutũ in religioſo: qꝛ ſi ⁊ ipſe obedit ꝓlato ſuo: irrationalia aialia ⁊ ferocia obediũt ei. Nã in vitis patrum legit de Paulo abbate ꝓcipie̅ti diſcipulo ſuo Johãni: vt afferret ei fimũ bonũ ꝗ erat neceſſarius ad ortũ ſuũ. at ille reſpodit. in loco vbi fimꝰ eſt: habitat leena. cui abbas: ſi venerit ſuꝑ te: alliga eã. ⁊ duces eã tecum. Juit iſte. et iuenit leenã. et cũ vellet ruere ſuꝑ eũ: ipſe voluit eã tenere. ſed fugiit. iterũ iohãnes eã ſequebat dice̅s: abbas ꝓcepit vt alligatã te ducaꝫ ad eũ. et ſtati beſtia obediuit ei et ſubſiſtit. et cum eo reuerſa e̅ ad monaſteriũ. Nõ ſolũ aialia ſed inſenſibilia ⁊ arida obedie̅tibꝰ obediũt. Vñ Johãnes caſſianus li. ꝓmo collationũ narrat: ꝙ cuidã fratri abbas ſuus ꝓcepit vt lignũ aridũ irrigaret donec floruiſſet. ille obedie̅s abbati ꝑ duo miliaria quotidie aquã in humeris portabat. et lignum ſiccũ rigabat. tertio anno lignũ frõduit/ et floruit. qđ perpe̅de̅s abbas in laude̅ obedie̅tie dixit. Ecce fratres ligni obedie̅tie flores. His premiſſis miraculis oſte̅dit: ꝙ obedie̅tia eſt virtꝰ maxia Ideo Grego. 2. dialogorꝫ ait Si obedie̅tes fuerit ꝓpoſitis vr̃is: obedict deꝰ orõnibꝰ vr̃is Uere maxia vtꝰ e̅ obedie̅tie. qꝛ religioſus ꝗ ſuo obedit ſuperiori: deus obedit illi. qđ e̅ maximũ. ꝙ tãta maieſtas obediat tã vili ſſ.o ſterqlinio ſicuti eſt hõ religioſꝰ reſpectꝰ a toto mũdo

ꝯſequẽter ꝓbat ide̅ ꝙ obedie̅tia ſit maxima virtutum.

Et ideo bonū quodq₃ ſine quo poteſt eſſe ſalus: debet dimitti ꝓpᵗ obediētiā. xi. q. 3. q̄d ergo.

# Quod obe

dientia ſit maxima virtutū: videri potet per hoc: q₂ meliꝰ eſt religioſo mortē eligere q̄ non obedire. Nā dānādꝰ eſt: q̄ reſiſtit: cui ſubiectus eſt: vel ei non vult ꝯſentire vel acquieſcere: nec ſuo ſuꝑiori obedire. 23. q. v. Nō vos. ⁊ ca. ſe. Et ideo. Bernardꝰ i laudē virtutis obedientie religioſis ſic aloquitur. Memēto fratres: q₂ Chriſtus ne ꝑderet obedientiā ꝑdidit vitā

# Premiſſis

oībus rationibꝰ ꝓbatū eſſe videt: q̄ obediētia ē maxima virtutū Et ꝑ ꝯñs videret: q̄ papa poſſit diſpenſare i oībus votis cū i iſto voto obedientie ſolēnizato qđ eſt maximū diſpenſare nō poſſit. cū nulla cauſa maior nec melior videat reperiri.

# Ad hoc re

ſpondeo: q̄ papa ſua maxima poteſtate ⁊ dicione poteſt in iſto voto maximo religiois diſpenſare. q₂ ipſe hēt plenitudinē ꝑteſtat. Ipſe maior homie. ipſe angelus. nō per ſubſtātiā: ſed quia dona diffūdit i inferiores adinſtar angelor. Ipſe tenet claues regni celor. Ipſe ſponſus ſponſe ē ſacroſācte matris noſtre militātis eccleſie. Ipſe clauiger paradiſi ianue. Ipſe. Chriſti vicarius. Ipſe i humano corpore hoſpitās deᵃ chriſtꝰ deus eſt. Ipe ſimilis filio hoīnis ē largitor donor ē. diſpēſator canonū ē. corrector malor premiator bonor. In tantū q̄ de ipo dici ꝑteſt illud Heſt. 15. Cōturbatū ē cor meū pre timore glorie tue. valde enī mirabilis es. ⁊ facies tua plena ē gratiar. Sua ergo autoritate poteſtate ⁊ maxima dicione poteſt in voto maximo obediētie diſpenſare. Nā oīs religionis regula ab ipſius tātū autoritate vires ſumit. Extra de relido. c. ſ. ⁊ ca. religionū. li. vi. Sicut ergo religionē ⁊ eius ſubſtātialia inſtituit ⁊ aꝓbat: ſic illa tollere ꝑteſt. extra ð re iu. Dis res. Habes ergo: q̄ papa ſua dicione ⁊ autoritate poteſt monachū a voto obediētie ſoluere. Et nimirū: q₂ monachꝰ trāſferri ad eccleſiā ſecularē: q̄ nō ē ſubiecta abbati ſuo: ex toto eximet a iuridictione ſui abbatis. xvi. q. i. In parrochia.

Multomagis papa poteſt monachū ab obediētia prelati ſue religionis eximere indubitāter optima ratione.

predicatacō uenīēcia pape.

# Sed quid

ſi prelatus monachi mādat ipſi monacho: q̄ nō oſtāte mandato apoſtolico ſibi obediat/et ne exeat de clauſtro. ſ. obedientia: quā ꝓmiſit ſeruare vſq₃ ad mortē i ſua ꝓfeſſione: iſte talis cui debet magis obedire ⁊ mandatis cuius debet parere?

# Reſpōdet

q̄ pape: cui prelatus monachi tenet obedire. Quiſquis enim obediētiā maioribꝰ exibeat: q̄ ab iferioribꝰ deſiderat. 2. q. vi. Qui ſe ſcit. Nā ⁊ monachus et

monachi/ prelatus ſi pape non
obedirēt : peccarēt. Nam qui
nō obedit apoſtolice ſedi ⁊ eius
mādatis peccat mortalr̄. lxxxi
di. Si qui pſbiteri ſūt. xix. di.
c. Nulli. Seruāde ſūt ergo le-
ges apoſtolici ſicut leges petri.
cui dixit Chriſtus: Quecūqz li
gaueris ⁊c̄. Et quecūqz ſolue-
ris ⁊c̄. Notatur. xi. di. Palam

# Simona

chus nollet aſſētire mādato pa
pe: ſz in monaſterio ꝓficere/ et
ſue religiōis prelato obedire?
Talis peccat mortalr̄ ꝑ ſupbi
am in nō obediendo pape. Nā
ꝑceptis apoſtolicis null' ſupbe
dz reſiſtere. Gregorius. xi. di.
Preceptis. Et de neceſſitate ſa
lutis eſt obedire preceptis pape
De here. Ad noſtram. i clemen
ti. Necnō et petri paganitatis
icurreret: ſi quis ſedi apoſtoli-
ce nō obediret. Et notat̄ de ce
lebra mi: Dolētes Religioſus
ſiue monach' nō peccat: ſi au-
toritate pape ſoluit̄ a vinculo
obediētie ſue religionis. Poti
us debet obedire pape q̄ ꝑlato
religiōis. q̄ eſt inferior Chriſti
vicario. Facit ad hoc. xi. q. 3.
Si his. Et. c. Si quis ꝓhibeat
Vn̄ gloſa ſup ad ro. xvii. i hūc
ſenſū alloquit̄ ſic: Si quid iuſ
ſerit imperator: nūquid faciēdū
eſt: ſi contra pro conſulē iubea
tur. Rurſū ſi contra pro conſu
lem iubeat imperator: nūquid
dubitabit̄ illo cōtempto iſti eſ-
ſe ſeruiendū? Ergo ſi aliud im
perator/ aliud deus iubeat: cō
tempto illo obtēperandum eſt
deo. Tāta eſt eni pape autori-
tas/ ⁊ tā extēſa eius dictio ꝙ po
teſt ſupra ius diſpenſare/ et de
iuſticia poteſt facere iniuſticiā. ptās pape.
corrigendo iura ⁊ mutādo. Et
plenitudinē hz ptātis. nō puri
hois/ ſed vicem dei gerit in ter
ris. Et qđ fit in autoritate pa-
pe: dicitur fieri autoritate dei:
ſi iuſta cauſa fiat. De tranſla.
epiſcopi. Inter cor. ⁊ ca. ſe. De
conceſ. pre. Propoſuit. Semꝑ
eni preſumēdū eſt: ꝙ quādo pa
pa diſpenſat vel aliquid facit:
quod videt̄ repugnare iuri ſal
tem alicui decretali debes il-
lam intelligere: ꝙ nō pōt illud
facē de ptāte limitata iuris. ſz
abſoluta magnitudis poteſtat̄
et nūq̄ talia faceret niſi ad cō-
modū ⁊ vtilitatē aiaꝝ ⁊ ſalutē
et in hoc ſemꝑ intendit. Quod
teſtatur Bonus papa in primo
ſextili. decretalium. vbi ita in-
quit: Curis ſolicitamur conti-
nuis/ ⁊ aſſidua meditatiōe vr-
gemur: vt iuxta nobis credite
diſpenſationis officium ſubdi
torum cōmodis in quorum ꝓ-
ſperitate vtiqz proſperamur:
intendamus. Si enim diſpen
ſat in omnibus votis: facit: qđ
facere poteſt et ad ſalutem ple
bis ſibi cōmiſſe q2 papa oīa pōt
claue. ſcilicet non delinquēte.

# Sedo in his

premiſſis votis diſpenſādo vti
tur papa duplici claue. primo Duplici cla
claue potentie non excedente. ue papa vti
ſecundo claue ſcientie non er- tur diſpen-
rante. Non eni excedit ſue po ſando.
tentie terminos: ſi facit: quod
de iure poteſt. licet illud directe
repugnet alicui decretali. quia
talis decretalis intelligenda ē
ꝙ papa non poteſt facere illud

talẽ de potentia limitata iuris
et non eſt intelligenda : ꝙ non
poſſit facẽ de abſoluta magni=
tudinis poteſtatis. Secũdo nõ
excedit terminos ſue ſapientie
vtendo claue ſcientie non errã
te. Non eſt errare animas ſal=
uare/ et ouibus ſibi commiſſis
ſalutem procurare. In premiſ
ſis non excedit / nec errat ſi diſ
perſat. Quantus eſt compre=
hendi poteſt per illud. Bernar
di loquentis ad Eugenium pa
pam li. iiii. vbi dicit Eugenio
pape: Conſidera te eſſe formã
iuſticie / ſanctimonie ſpeculum
pietatis exemplar/ aſſertorem
veritatis/fidei deffenſorem/ do
ctorem gentium/chriſtianoruʒ
ducem/amicum ſponſi/ ſponſe
paranimphum/cleri ordinato=
rem/paſtoremqʒ plebium/ma=
giſtrum inſipientium/refugiũ
oppreſſorum/ pauperum aduo
uocatum/miſerorum ſpem/tu
torem pupillorum/ iudicem vi
duarum/ oculum cecorum/ lin
guam mutorum / baculum ſe=
num/vltorem ſcelerum/malo=
rum metum/bonorum gloriaʒ
virgam potentum / malleũ ti=
rannorum/ regum patrem/le=
gum/ moderatorem/ canonuʒ
diſpenſatorem/ſal terre/orbis
lumẽ/ſacerdotẽ altiſſimi/ vica
riũ chriſti/chriſtũ deũ poſtrẽo de
uʒ pharaõis. Ecce ꝗ̃t⁹ ẽ Qua
lis enim eſt: ſapiens. Nam vt
dicit Seneca li. exordiorum/:
Indignum eſt : vt illi debeant
eccleſias regere:qui ſeipſos ne
ſciũt gubernare.cuʒ ergo pape
totam ecckam hẽat gubernare
pſumẽdũ ẽ:ꝙ vti ꝑ dictamine ra
tionis et ſapientie. Ideo dice=
re poteſt illud Johannis vii.

Si quis ſitit:veniat ad me: et
bibat. nam de ventre meo flu=
ent aque viue. ſcilicet ſapientie
Quod ↄſiderãs idem Bernar
dus libro primo dicit Stultus
et ſapiens ſeruus ⁊ liber diues
et pauper vir et femina ſenex
et iuuenis clericus et laicus iu
ſtus et impius omẽs pariter ꝑ
ticipant te. omnes de fonte pu
blico bibũt pectore tuo. Et poſt
paululum: Sane diriuentur
aque tue. ſcilʒ ſapientie in pla=
teis. homines et iumenta et pe
cora bibant ex eis. quin ⁊ came
lis pueri abrahe tribuas potuʒ
En qualis eſt? Dicere his attẽ
tis poteſt de ſe illud canticoruʒ
iiii. Ego ſum fons ortoruʒ/pu
teus aquarum viuentium:que
fluũt ĩpetu de libano. His om
nibus conſtat:ꝙ religioſus qui
pape negare non erubuit pote
ſtatem/et aſſerere non timuit:
ꝙ dictis fratrib⁹ mercedis pri=
uilegium cõcedere non potuit
Saluo ſui honore iura non de
nudauit. Nam propter iuriuʒ
cortices amaritudiem non gu=
ſtauit nuclei veritatis dulcedi
nem. Nam qui poteſtatem in
maioribus habet ⁊ in maximis
fortius in minoribus et mini=
mis. Dicatur ergo de domino
noſtro papa : quod ſcribitur ec
cleſiaſtici. viii. Sermo illius
poteſtate plenus eſt. Nec dice=
re ei quiſꝗ poteſt: quare ita fa
cis? Et nimiruʒ:quia papa vo
cem dei habet in terra.et vica=
rius eſt Jeſu chriſti. Extra de
tranſla. Quanto. Et hec de pͥ=
ma queſtione ſufficiant

q̃stio secūda

# Querit̃ .2.

vtrū papa vtrāq3 partē voti cō mutasse credat. Ad questionē dicitur ponendo conclusionem responsiuā: oīa vota quantum ad vtrūq3 comprehendit cū nichil ex eis i suo idulto retinuit.

# Sed ad

vberiorē huius ꝯclusionis euidentiā atq3 solutionē questionis noto: ꝙ omne votū constat tm̄ ex vna promissione vel pluribus. Scdo: ꝙ si votū ꝯtinet plures ꝓmissiones: nō dicitur nisi vnū votū: Tertio ꝙ licet votū ꝯstet ex pluribus ꝓmissionibus. s. laborib⁹ eūdi ⁊ oblationib⁹ dādi: ex hoc nō quelibet promissio dicit̃ votū ꝑ se. sed ambe simul faciūt vnū votū: Quarto: ꝙ labores eūdi ⁊ oblationes date cōprehēdūt̃ sub vna sola ꝓmissione voti. Et hec ex diffinitione voti colligi possūt. Nā sic diffinit̃ a Raymundo Uotum est alicui⁹ animi boni cū deliberatione facta ꝓmissio. Nō dicit: ꝙ votū sit promissiones in plurali: sed promissio i singulari. Et ꝑ magistrū i. iiii. sen. di. xxxviii. sic diffinit̃: Uotū ē testificatio q̄dā ꝓmissionis spōtanee. q̄ deo ⁊ de his que dei sūt fieri d̄bet Ecce ꝙ nō dicit̃ ꝙ sit testificatio ꝓmissionū. sed ꝓmissionis.

votū cōstat

diffinitio voti

# His premis

sis ꝓbare intēdo: ꝙ papa vtrāq3 partē voti i hoc indulto conprehendit. Et ꝑ ꝯñs ꝙ fratres virtute indulti possunt pro redēptione captiuoꝝ vtrūq3. s. labores expēsas ⁊ oblationes cō mutare.

# Et argno

sic. Omne signū vniuersale affirmatiuū ꝯfūdit terminū sequētē se ꝯfuse distributiue s3 i isto idulto ē huiusmodi signū: ideo ꝯfūdit terminū sequētē se ꝯfuse distributiue. ⁊ ꝑ ꝯñs facit illū stare ꝓ oib⁹ suis suppositis preter exceptis. Cū ergo papa dicat: remittim⁹ oīa vota: ergo istud ⁊ istō ⁊c. ⁊ ꝑ ꝯñs quodlibet votū: siue ꝯstet vna tm̄ ꝓmissione siue multis: remittit. ⁊ autoritatē fratrib⁹ ꝯfert ꝯmutādi q̄dlibet votū quātū ad vtrūq3. Quia nō min⁹ videtur ꝯcessisse q̄ad vnā voti partē q̄ ad aliā. cū votū cōstet vna sola vel pluribus ꝓmissionibus.

inteligas terminū immediate sequētē ipedimēto remoto.

# Arguitur 2

probando idem et Arguo a loco ab autoritate sic. Est q̄dam maxima phi ab oib⁹ ꝯcessa: ꝙ q̄ totum dicit: nichil excludit. sed papa in hoc indulto dicit: remittimus oia vota: ergo omne votū ꝯprehēdit ⁊ quālibet partē voti ⁊ nullū votū dēptis ⁊ retētis per eū excludit, nec aliquā partē. siue votū ꝯstet pluribus partibus vel vna tm̄. Nam si aliquam voti partem excluderet. tē maxima qui totū dixit: nichil excludit: esset falsa et papa falsū diceret. q̄d a nullo sane mētis ꝯcederet. Perfectis nec mētiri nec dicere falsū cōcessū est. 22. q. 2.

Arguitur tertio ad idem: summa veritas dixit. Data est michi omnis potestas. Mathei ultimo. vel iste terminus potestas ratione signi universalis precedentis. Omnis exstat pro omnibus suis suppositis: aut non. si primum habeo propositum. si secundum: habes dicere: quod Christus dixerit mendatium: patet: quia nosque credimus ei: in verbis suis essemus decepti. quia mendacium est fallacia signo vocis cum intentione fallendi. xx. q. ii. parrafo. Ille ergo. Vel dixerit falsum: nam falsum dicit: quicunque aliud quam quod verum est: loquitur. Et si forte dicis: quod credidit dicere verum: propter ignorantiam in deo. et hoc dicere: esset hereticum. quia non est deus quasi homo. ut mentiatur numeri. xx. Habes igitur concedere: quod signum universale. etc. Et sic quod quando papa dicit ut in hoc indulto: remittimus omnia vota: quod si omnia facit stare terminum sequentem se. scilicet vota pro omnibus votis / et pro qualibet parte votorum.

falsum dicere

Quarto probatur per exemplum in ista propositione. Deus remisit omnia peccata magdalene: si omnia: ergo istud et istud. et sic de omnibus septem peccatis mortalibus. quod videtur ita Gregorius intellexisse. dixit: de qua scilicet magdalena eiecit dominus septem demonia. id est septem peccata mortalia Et si omnia dimisit ei peccata mortalia: per consequens quamlibet peccati mortalis partem sive speciem Nam multe sunt partes. id est species cuiuslibet peccati mortalis. Et ad istud mei propositum magis probandum induco: quod querunt doctores theologici.

Utrum voluntas et opus exterius sint unum peccatum.

Ad quod respondit dominus Petrus de tarantasia sic. Si loquamur de voluntate et opere: prout sunt coniuncta ut causa et effectus: sic sunt unum peccatum formaliter. etc. Dubium ergo: dicitur: deus remittit omnia peccata magdalene vel cuiuscunque alterius: sequitur: quod istud et istud. et per consequens cum voluntas et opus exterius sint unum peccatum: remittit utramque partem illius peccati. videlicet peccatum voluntate conceptum et peccatum operatione patratum. Concluditur ergo: quod papa quando dicit remittimus omnia vota: utramque partem voti comprehendit. et non minus unam quam aliam. Quod videtur probare Bernardus ad Eugenium li. ii. Nichil excipitur. ubi distinguitur nichil. et qui dicit omnia: nichil excipitur. xix di. Si romanorum.

Sed contra premissa videretur forte: quod concorditer sentiunt doctores super hac materia dicentes sic: quod vota debent considerari vel secundum labores et expensas vel secundum oblationes sive dona. si secundum labores et expensas: hec possunt commutari in aliquos pios usus caritatis si secundum oblationes: hec sunt mittenda de loco: ubi promisse sunt. Et ex his doctorum dictis obiici potest

contra predictã clauſulã ꝑuile
gii videlicet ꝙ licet dicat: remi
timus oia vota ⁊ illa poſſint cõ
mutari p religioſos ordis mer
cedis in opus piiſſimũ redẽptio
nis captiuoꝝ: hoc ſoluz eſt quo
ad expenſas ⁊ labores ſed mini
me quo ad oblatões ſiue dona
Non ſane quidã intelligũt. qꝛ
ſub nube latet veritas.

Que vota ſunt neceſſitatis et q̃dã voluntatis.

Vñ ad eui dentiam huius rei eſt cõſiderã-
dum: ꝙ votoꝝ quedã ſũt neceſ
ſitatis, quedã vero volũtatis.
Neceſſitatis ſũt: ſine quibus ñ
poteſt eſſe ſalus, ad que ad iplẽ
da ois homo tenet̃ neceſſario vt
eſt tenere fidẽ catholicã, legis
decem ꝓcepta: ⁊ etiã oia facere
que ſũt de neceſſitate ſalutis.
Et quotienſcũqꝫ quis ↄtrarium
facit: peccat mortaliter / ⁊ ẽ trã
greſſio hoꝝ votoꝝ: ad que obli
gauit ſe ſeruare in baptiſmo / a
brenũciando ſathane ⁊ eius põ
pis. De cõſe. di. iiii. Primũ. vo
ta hec neceſſitatis nõ ſũt de pre
ſenti cõſideratõne. ¶ Sed ali
qua vero ſũt vota voluntatis. et
dicũtur illa vota: ad que nõ te
netur aliquis, qꝛ ſine illis põt
eſſe ſalus Sed poſtꝙ ſpõte ſe o
bligat ad illa: poſtea tenetur i
plere.

Que vota ſolẽnia que ſimplicia.

Et nota ꝙ de voluñtatis de quibus hic agẽ
dum eſt quedã ſũt ſolẽnia q̃dã
ſimplicia. ¶ Tria ad propoſitũ
ſunt ſolẽnia .ſ. paupertas / caſti-
tas / ⁊ obediẽtia p pfeſſionẽ reli
gioſi ſolẽnizata Et in his niſi ſo
lus papa poteſt diſpẽſare vt dif-
fuſe ſupius eſt viſum. ¶ Alia
vero ſunt vota ſimplicia. quoꝝ
quedã ſũt: in quibus ſolus pa
pa habet manuꝫ apponere. Et
hec ſũt tantũ duo .ſ. votũ terre
ſancte / ⁊ votũ continẽtie. De ꝗ̃
mo dicit Raymũdus in ſũma:
de caſibus penitẽtie ſic. De vo-
to autẽ terre ſãcte et diuĩe do cõ
mutãdo vel differendo nullus
ſe poteſt intromittere niſi papa
vel alius de ſuo ſpeciali manda
to. ⁊ hoc ſine opinione

Sed ↄ hoc videtur eſſe illud: qđ doctores
cõmunit̃ dicũt. ſ. ꝙ omia vota
poſſunt ↄmutari in votum reli
gionis / etiã ſine arbitrio ſupio
ris. qꝛ illud indubitãter meliꝰ
eſt. Extra e. Scripture. Et rat
nũd dicit ꝙ ipſa religio i pmo i
greſſu ſoluit huiuſmõi vota. qꝛ
et ſoluit iuramẽta vt puta ma
trimonii ⁊ huiuſmõi. Extra de
regula. Sane. xix. q. ꝛ. Due. ⁊
idem. Tho. in quolibet. dicit ꝙ
cũ obediẽtia ſit maximũ votoꝝ
pro omi voto ſufficient' aliter o
cõpenſat. Et qꝛ ingrediẽs reli
gionẽ nichil ibi poteſt retinere
proprie volũtatis: nullũ votũ pro
prie volũtatis factũ retinere o
portet. ſed illud debet oſtẽdere
patri monaſterii ⁊ ſe in hoc eiꝰ
ſubiacere voluntati. Hec Tho.
¶ Ex dictis pmiſſoꝝ videret̃:
ꝙ nõ ſolus papa habet ↄmutar̃
votum terre ſancte. cũ tale vo-
tum terre ſancte poſſit ↄmuta
ri i votum religionis / vel ſolui
p religiõis igreſſũ. Ad qđ meo
videri põt dici ſaluo iudicio pe
ritoꝝ: ꝙ p igreſſũ religiõis nõ
ſoluit ex toto vouẽs a voto ter-

re ſācte. Cuius veritas tali po
teſt iueſtigari ratione: bonū pri
uatū nō debet pferri bono coi.
ſed itrare religionē eſt bonū pri
uatum ſiue ſingulare: ergo ta
le nō debet pferri voto tre ſan
cte: cū tale votū ſit cōmunis v
tilitatis. aliud ſingularis. Hec
ratio fundat̄ i iure. In fauorē
huius ratōnis videt̄ ꝙ ſic. Guil
lermus gloſator Raymūdi di
cens: ꝙ ꝑ igreſſū religiōis ſi qs
vouerit magnā quātitatē pecu
nie terre ſancte: nō eſt liberatꝰ
licz talis ſi vouerit ire: liberatꝰ
ſit a labore eundi vel mittēdi.
nō autē ad pecuniā: quā vouit
quia tale votū ꝑ aliū ꝙ ꝑ papā
ſolui nō poteſt ſeu ꝯmutari.
¶ Et dn̄s Bartholomeus de
ſancto cōcordio i iuris ſūmam
voto. v. querit: ſi aliquis vouit
i ſubſidiū terre ſancte ire cum
centū militibus: ſi eſſet ſolutus
per igreſſuz religionis? Ad qd
reſpōdit ſic ꝙ i ſimilibus vbi ꝓ
babilit̄ dubitat̄ vtrū ꝓpōderat̄
debeat cōis vtilitas vel ꝑuata
credit ꝙ papa eſt ꝯſulēdus. Ad
hoc facit extra ď vo. Ex multa

# Videret̄ ex

premiſſis ꝯcludendū: ſi ꝙ votū
terre ſancte eſt tale: ꝙ ſit vtili=
tatis ſingularis ⁊ n̄ cōis: ꝙ tūc
ꝑ igreſſū religionis ſoluat. Si
vero ecōuerſo: tūc qđ oblatōnē
ſ. pecuniā magne quātitatis vł
ſubſidiū magnū milītū armoꝝ
ſolus papa habeat manū appo
nere. Quo ad laborē eūdi vł mi
tēdi ꝑ religionis igreſſū vouēs
liberari videtur ¶ Aliud autē
ſimplex votū eſt ꝯtinentie. ⁊ i=
ſtud eſt pape reſeruatū licet ali
qui voluerint dicere ꝙ papa nō
poteſt i hoc voto diſpēſare/ nec
illud ꝯmutare. vt ponit Ray.
in ſūma iuris. Et ſāctus doc=
tor. 2. 2. q. lxxxviii. dicit: ꝙ ali
a vota excepto voto ꝯtinentie.
poſſunt ꝯmutari. Nā dicit: Vo
tum debet eſſe melioris boni.

# Ad hoc di

cendum: ꝙ doctores iſtud aſſe=
rentes loquuntur: vt prenota=
tum eſt de poteſtate limitata iu
re. ſed de abſoluta magnitudi
nis poteſtatis ſolus papa poteſt
diſpenſare ⁊ illud commutare.
Nam ſi quod maius eſt: facit/
et poteſt facere ſcilicet diſpenſa
re in votis ſolennibus ſolenni=
zatis per prophetionem: proba
biliter et quod minus eſt. Naz
ſi poſt votum ſimplex continen
tie qui ſit vouit per verba de p̄
ſenti: tenet matrimonium. li=
cet peccet mortaliter/ et habeat
facere penitentiam de voti fra
ctione. Extra ꝙ clerici vel vo.
Veniens. Quomodo quis de=
negare poterit: ꝙ papa non poſ
ſit iſtud votum continentie ſim
plex commutare/ et in illo diſ=
penſare: ſi vult etiam licet tale
votum continentie fuerit quo=
uis modo ſolennizatum.

# Alia ſūt ſim

plicia vota de conſuetudine cu
rie romane reſeruata. vt ſūt vo
ta viſitandi apoſtolorum Petri
et Pauli limina/ et vota eundi
ad ſanctum iacobum. Et ita
ſeruat curia. vt teſtatur Domi
nus Bartholomeus de ſancto
concordio voto. quinto.

Vota reſer
uata de ꝯſu
etudine ro=
mane curie.

Et in his cõmutatio est episcopi. cauſa tñ rationabili apparẽte. q̃ ſi deeſt rationabilis cauſa ñ põt. Vñ Tho. 2. 2. q. lxxxviii dicit. Sicut prelatus non põt precipere malũ: ita nec ĩpedire bonũ. ſ. opera virtutis. Sed ad prelatũ ſpectat diiudicare: q̃d ſit magis virtuoſũ et deo acceptabile. Hec Tho. Ad hoc facit extra. e. ca. i.

vota q̃ ſunt in potentia epi.

Alia vero ſimplicia volũtatis vota ſunt ĩ poteſtate epiſcopi/ ⁊ in illis manum cõmutandi ſi vult ⁊ diſpẽſandi apponere poteſt. Attamẽ attẽdere debet eps: ne diſpenſet ĩdiſcrete. q2 ſi de hoc fuerit accuſatus puniendus eſt pena depoſitiõis. d. li. c. i. in fine. ⁊ c. Qui in aliquo. in fine. S3 Hoſtien. dicit. q̃ hoc forte habet locum: ſi cõmunitus incorrigibilis ſit/ et ꝓpter hoc ſuſpenſus. ⁊ ſententiã excõmunicatiõis cõtemnẽs in ſuã cõtumaciã perſeuerat. ar. extra de ꝑben. Grauе. parafo. Volentes. Vel predicta capitula poſſunt intelligi quãdo epiſcopus diſpẽſat ĩ eo: quod de iure nõ poteſt. Sed in hoc eſt bene attendẽdũ. ſ. quõ debet fieri cõmutatio voti. ſ. peregrinationis.

que cõſiderãda ſũt ĩ voto.

Et nota: q̃ in tal ivoto tria debent cõſiderari. Primũ labor vie. videlicet pro quãto nollet pati tantũ laborẽ. Secũm debet conſiderari dãnũ ꝓprie domus de ſua abſentia. Tertiũ expenſas: quas faceret maiores in via q̃ in domo ꝓpria. Et ſi votũ eſt hieroſolimitanũ vel cõtra hereticos vel infideles oĩa ſine diminutione debent tranſmitti. Attende tñ hoc fore fiendũ in his cõmutationib⁹: vbi adeſt poſſibilitas. Nã pauper eſt ſufficiens cauſa ⁊ legitima ĩpedimẽti ſecundũ Albertũ in. quarto ſen. Et dicunt doctores: q̃ in voto iſto tranſmarino etiã oblatioſiue donũ dandũ ꝓmiſſũ eſt trãſmittenda ſiue tranſmittendũ. Inducẽtes ſup premiſſis decretalẽ. extra. e. Magne. ⁊ c. Nõ ſup his. In aliis autẽ votis. ſ. apoſtolorũ. Petri et Pauli ſancti Iacobi ⁊ aliorũ peregrinationis votorũ ⁊ abſtinẽtie et ſimilium eedẽ. expẽſe vt ſupra cõſiderãde ſũt/ et ĩ alios pios vſus caritatis cõuerti poſſunt rationabili cauſa attenta. Extra. e. ca. i. et c. Scripture. Et ad locum ꝑegrinationis mittẽda ẽ oblatio ſiue donũ ꝓmiſſum. vt cõmuniter aliqui dicunt.

Hec premiſſa ita extẽſe deducere volui: vt veritas queſiti euidẽter inſpiciatur. cũ queritur: an papa vtranq3 partẽ voti. ſ. quo ad expenſas labores ⁊ etiã dona promiſſa ſeu oblationes cõmutaſſe credatur. cũ per dicta votorũ de his cõmutationib3 loquẽtiũ videat illud nõ poſſe fieri quo ad dona ꝓmiſſa ſeu oblationes quas affirmãt fore mittendas in locis: in q̃bus promiſſe ſunt Et per ꝯñs ex dictis horum videretur: q̃ ex indulto pape fratres mercedis nõ poſſent etia3 dẽptis illis tribus votis omĩa

alia vota quantū ad vtraq; p=
tem votoꝝ ꝯmutare. ¶ Ad hu
ius dubitatōnis nuditatem et
indubiam declaratōnē ſūt dicē
da que ſequūtur. Primo: ꝙ ſe=
cluſis trib; votis pape reſerua
tis indulto per idem indultum
cōcedit religioſis ordinis mer
cedis ⁊ eoꝝ nūcius poteſtas cō=
mutandi omnia alia vota quā
tum ad vtranq; partē ipſoꝝ vo
torum. Et hoc probat. Nā ſi
inferiores .ſ. epiſcopi qui hn̄t
partem ſolicitudinis: poſſūt vo
ta ꝯmutare exceptis excipiēdis
vt ſupra oſtenſū eſt: quāto ma=
gis papa cunctis ſuperior ha=
bens plenitudinē poteſtatis.
Et ſicut dioceſani talē poteſta=
tem ꝯmittunt ⁊ ꝯmittere poſſūt
quibus volunt: fortius ⁊ papa
potuit / ⁊ ꝯmiſit hanc poteſtatē
his viris religioſis cauſa ratio
nabili ⁊ honeſtiſſima .ſ. p redē
tione captiuoꝝ. vt ſeries idulti
hoc itelli ꝯēti docet. ¶ Scd̄o ar
guit hui⁹ pbādo: nā ſi iudices
de legati hn̄t poteſtatē a ſupiori
iudice: erit denegandū ꝙ ſupe
rior iudex .ſ. papa eandē nō ha
beat poteſtatē? Et ſi forte dice
retur epiſcopi a iure habent / et
non iſti religioſi: et non ne pri
uilegium eſt ius priuatum cō=
tra ius cōmune conceſſum per
papam canonum diſpenſato=
rem.

# Tertio ar

guit idē pbādo papa potuit p
dictis religioſis illud concede=
re / vel nec. ſi ſic: habeo propoſi
tum. ſi non potuit concedere:
male conceſſit. patet: q; decepit
predictos fratres vtentes tali
indulto apoſtolico / pariter ad
tes de eorum facultatibus ad
opus redemptionis: eo q; non
conſequerentur illud: pro quo
bona ſua dediſſent: ⁊ omnium
cauſa horum malorum ⁊ erro=
rum eſſet papa. Nam iuris ē
ꝙ qui occaſionem damni dat:
damnum dediſſe videtur. Ex=
tra de homicidio. c. De cetero.
⁊ ca. fi. Extra de iniuriis ⁊ dā=
no dato. Non eſt ergo aſſeren
dum: ꝙ predicti religioſi non
habeant auctoritatem votum
cōmutandi quo ad labores ex
penſas et etiam dona ſiue obla
tiones.

# Sed fortaſ

ſis diceret aliquis: nō negatur
ꝙ per indultum apoſtolicū nō
habeāt dicti fratres priuilegiū
exceptis excipiendis cōmutan
di oīa vota: ſed nō ꝗtum ad do
na oblanda locis ſanctorum.
¶ Ad hoc dicendum: ꝙ cū in in
dulto dicat: remittimus oīa vo
ta exceptis tribus ⁊c. etiā exce
ptarent dona ſiue oblationes
ſic remittim⁹ oīa vota exceptis
donoꝝ votis oblādis ſiue obla
tionibus pmiſſis locis ſancto=
rū: qd̄ tn̄ nō fit. Non eni ergo
ſunt ꝑuilegia ſtringēda: ſed ā=
plianda: ⁊ nullius eſt interpre
tari: niſi cuius eſt condere

# quarto ar

arguitur ad idē. Iſta ꝓpoſitio
ſeu oratio remittimus omnia
vota ⁊c. eſt vera vel falſa: non
eſt dare medium. Nam regula
eſt veritatis: ꝙ ab eo quod eſt
vel nō eſt orō vera vel falſa eſt

ratio.

Si dicis: ꝙ eſt vera: hẽo ꝓpoſi-
tum. ſ. ꝙ oīa vota quoad vtrū̃qꝫ
apprehẽdit. ⁊ ſic fratres poſſũt
illa ↄmutare quoad vtrãq; par
tem voti. cũ nichil excludit̃ in
dulto niſi tm̃ tria vota. Si di-
cis: ꝙ ẽ falſa: hoc dicere habes
eo: qꝛ ita nõ eſt: ſicut per ipſam
ſignificat̃. et hoc dicere eſſet in
eccleſia dei ponere errorẽ: ⁊ mẽ
daciũ in ore dñi noſtri pape. q̃
gerit vices chriſti. Habes ergo
dicere ex p̃miſſis: ꝙ hec ꝓpoſi-
tio eſt vera. qꝛ ita eſt: ſicut ꝑ ip
ſam ſignificat̃. Et cũ dicat re-
mittimus oīa vota / et nichil ex
cludat dẽptis trib⁹: ꝙ oīa alia
vota cõprehẽdit quãtũ ad vtrã
qꝫ partẽ voti indifferenter.

# Sed cõtra

hoc obiicit̃: in ↄtrariũ doctores
dicũt: ꝙ oblationes votoꝝ ſiue
dona ꝓmiſſa debent tranſmitti
vbi ꝓmiſſe ſeu promiſſa fuerũt
¶ Rñdetur ꝙ verũ eſt niſi cõ-
mutent̃ ꝑ autoritatẽ habẽtes
cauſa rõnabili precedente. Et
ad dicta doctoꝝ ꝑ que videt̃: ꝙ
oblatiões ſũt mittẽde locis: in
quibus ꝓmiſſe ſũt / cetera autẽ
cõuertenda ad alios pios vſus
caritatis. ¶ Ad hoc dicendũ
eſt ꝙ papa nõ artatur dictis do
ctorum nec apoſtoloꝝ niſi tan
tum articulis fidei ⁊ ſacramen
tis ⁊c̃. vt p̃notatũ eſt. Sed q̃d
ad decretales allegatas reſpõ
deo cum dño Bartholomeo de
ſancto cõcordio in ſua iuris ſũ
ma voto quarto ꝙ tales decre-
tales. ſ. extra. e. Magñ. ⁊ ca.
Nõ ſuꝑ his. ⁊ extra. e. c. l. ⁊ ca.
Scripture. nullã faciũt men-
tionem de hm̃õi oblationibus
mittẽdis. Ad q̃d ergo doctores
inducẽdo illas decretales aſſe
runt: ꝙ oblationes ſũt mitten
de locis: quib⁹ ꝓmiſſe ſũt? Di-
citur: ꝙ hoc fore fiendũ dicunt
de honeſtate. nõ autẽ de neceſſi
tate. ſ. hoc modo: ꝙ tales obla-
tiones honeſtũ eſt mittere: vbi
ꝓmiſſe ſũt. ſed nõ eſt neceſſari
um. eo qꝛ cõmutari poſſũt. An
te vero cõmutationẽ largiende
ſũt locis ſanctoꝝ. ſed poſtq̃ cõ
mutate ſũt: nõ. ſꝫ tribuẽde ſũt
vbi ↄmutate ſũt. cũ ſit de rõne
voti in melius cõmutari. Sed
ponat̃ caſus: ꝙ tales decreta-
les expꝛeſſam facerẽt mẽtiones
de hmõi oblationibus mitten-
dis: nunquid papa potuerit / ⁊
poteſt cõtra tales diſpẽſare: vt
de facto diſpẽſauit cũ fratrib⁹
mercedis et pro redemptione.

# Reſpõdet̃

ꝙ canone nõ obſtãte inquiente
papã decet iura ſeruare. Ex-
tra de ſuꝑ. ne. Licet. xi. q. i. Per
uenit. quia talis decretalis ſic
intelligit̃: papã decet iura ſer-
uare verũ: niſi vtiliora reſpexe
rit / vel niſi aliud melius ſuade
at vt notũ eſt. Et licet nõ vale-
ret ſcd̃m iura vel allegatas de
cretales caſu ꝙ ſonarent de fa
cto tales oblationes fore mit-
tendas locis: vbi ꝓmiſſe ſũt: pa
pa de potẽtia abſoluta magni
tudinis poteſtatis faceret valere:
re: quod conderet nõ obſtãtib⁹
decretalibus in contrariũ. Qꝛ
quod non valet: facit valere. et
quod valet: facit nõ valere. ex-
tra de exceſſ. prela. Tanta ⁊ de
cõceſſ. pre. Conſtitutus. Non
debuit ergo negare: qui nega-

uit ꝙ papa nõ potuit iſtud con
cedere religioſis ordinis mer=
cedis quo ad oblationes . quia
eſſet ↄtra iura ⁊ ↄtra doctores
quod nõ eſt verũ. imo dixit iſtõ
aſſerendo falſũ. Nã Auguſti=
nus/ et recitat a magiſtro ſen.
i. li. Dicit. ⁊ in decretis. c. Quã
uis errare. xxxviii. di. Si quis
exiſtimet ſcire: quod neſcit: pu
ero quippe approbat falſũ. qđ
erroris eſt ꝓpriũ. Et licet forte
opinatiue dixerit: falſum aſſe=
ruit. Quia ſcđm Bernardum
opinio ē quaſi pro vero habere
nota bene. aliquid : quod falſũ homo ne=
ſcit. Studeant iperiti iura: an
teꝙ velint allegare illa. Nã ec
cleſiaſtici ⁊ litterati multũ de=
bent abhorrere falſa dogmati
zare. et quod ignorant: nõ de=
bent diffinire. nõ redarguãtur
Vñ li. de forma vite. Senece
dicit. De dubiis non diffinias.
ſed ſuſpenſã teneas ſententiã
Mendaciũ ſepe ſpecie veritat
occultatur. A cetero talis ⁊ q̄l
quis timeat chriſti vicario dene
gare dignitatē ſuam altiſſimã
autoritatē potentiſſimã. et ne
dicat: papa nõ poteſt facere. ꝓ
ſito ꝙ eſſet contra ius. nã ipſe
habet in ſcrinio pectoris ſui iu
ra. ca. Licet de cõſtitutionibus
libro. vi. Et ſi nõ debet facere
aliquid ꝑ potentia limitata iuris
poteſt tamē facere abſoluta ma
gnitudinis poteſtatis. Nã di=
cere talia/ et pape poteſtatē de
negare non bene ſonant in ore
mitrati religioſi eccleſiaſtici ne=
q̄ʒ litterati. quia in oreuno. ſcʒ
chriſtiani cum laudibus chriſti
non ſe capiunt laudes iouis. i.
diaboli. lxxxvi. d. Cum multa.
Laudare chriſtũ ⁊ polluere os
ſuum contra chriſti vicariũ et
laudare iouem. id eſt diabolũ.
Attēdere debet chriſtianus ad
illud verbum bernardi de con=
ſideratione libro quarto ad Eu
genium. Cui iraſceris tu? deũ
ſibi iratum non hominē putet
qui te non audierit: auditurus
deum et contra ſe paueat. Hec
Bernardus. Ex predictis con
cluditur: ꝙ ex ꝑuilegio religio
ſi ordinis mercedis licentiã ha
bent et autoritatē cõmutandi
vota quantum ad labores ex=
penſas et oblationes: non ob=
ſtantibus decretalibus et doc=
torum dictis et allegatis. Nul
lus ergo minuere audeat pote
ſtatem pape. maxime illi quibꝰ
gratiarum et beneficiorum ſi=
ue dignitatum dona largitus
eſt. ne de ingratitudine poſſint
redargui. et ne de eis dicat il=
lud. Hiere. quarto. Nunquid
redditur pro bono malũ? aut
qui foderunt foueam aie mee.
Ingratitudo autoritate cano=
num et legum culpatur. ii. q.
ſecũda. Octaua. Et hec de pre
dicta ſecunda queſtione ſuf=
ficiant.

**Queritur ter**
tio. vtrum per oblationeʒ voti
vbi ipſa promittitur: ius acqui
ſitum ſequatur. Pro ſolutione
queſtionis ponitur talis cõclu
ſio nullum fit preiudiciũ locis
ſanctorum: ſi oblatio voti dat
redemptioni captiuorum.

**Ad huius rei**
euidentiã eſt notandum: ꝙ ad
hoc ꝙ de re aliqua acquiratur

Ad acquirẽ dum ius ali cuius rei re aquiritur

ius alicui: requiratur vnuz de tribus vel ꝙ ſit illi acquiſita rei actio/vel fuerit ipſi facta pro=miſſio vel ꝙ de tali re fuerit ipſi facta obligatio. per vnũ iſto=rum eſt de re aliqua alicuius acquiſitum.

# Contra pri

mum Arguitur ſic. Cuiuſcūqz rei eſt alicui acquiſita actio. cui iam facta eſt donatio. ſed de obligatione vouentis ſiue vo=ti per ſolam promiſſionem non dum facta eſt donatio. ergo nõ eſt loco. ⁊c. acquiſita actio. Cõſequentia conſtat ex premiſſis Maior patet: quia in continenti cui res eſt data: illi donatio ē acquiſita, an non. Hoc fore ve rum videtur per diffinitionem donationis Nam ſcdm. Hoſt. Donatio eſt rei licite nullo iu=re cogente mera liberalitate facta collatio Minor patet. quia de oblatione ſiue de re votata non eſt per vouentem loco. ⁊c. facta collatio ſiue donatio. er=go nondum eſt acquiſita actio eo ꝙ nondum dedit. imo penes ſe retinet Quare tali loco de tali re votata ſiue promiſſa non eſt actio acquiſita. Quod erat probandum Tuz vouens qñ vouit: dixit: dabo vel mittam. et non dixit: do vel mitto. que verba ſunt preſentis temporis per quod oſtenditur. ꝙ per verba futuri temporis non ē acquiſita actio. eo quia nondum dedit licet promiſerit Unde. a vulgo dicitur. Plus valet vnum do das ꝙ dabo mille cras. Factum vero et non promiſſio valet. et illud remuneratur. ff. de re militari. Non omnes parra ſo ff. Facit ad hoc. ff. de pactis l. Iuris.

# ſecundum

ꝙ qđ alicui de aliq̃ re acqrit iꝰ eſt: ꝙ ſit illi facta promiſſio. Sz contra hoc volo contrariuz probare. videlicet ꝙ de re votata ſeu promiſſa non acquiritur loco ſanctorum ius Et arguo ſic illi eſt danda voti oblatio. cui facta eſt promiſſio ſed deo ē facta promiſſio. igitur deo eſt danda voti oblatio. Ex quo ſequitur ꝙ illi loco de tali re votata ſeu promiſſa non eſt acquiſitũ ius conſequentia ſequitur ex pre=miſſis Maior nota eſt de ſe nã qui promittit. tenetur dare cui promiſit/vel ad nutum eius alteri pro eo. Sed minor proba=tur. ſ. ꝙ deo ſit facta promiſſio et hoc per diffinitionem voti Nam ſecundum magiſtrum vgonem vt ſupra diffinitum ē in principio ſecunde concluſionis votum eſt teſtificatio pro=miſſionis ſpontanee: que deo etiam fieri debet. Ecce habes ꝙ votum fit deo. non ſanctis licet ſancti nominentur. eis vo=tum non fit: niſi deo. Et ideo ius acquiritur de re votata ſeu promiſſa deo et loco ſeu locis ſcōꝝ

Quod hoc ſit verū: audite pſalmigraphū. Reddite votuʒ deo iacob. Et alibi dicit deo Reddā tibi vota mea: que diſtinxerūt labia mea. Et deutero. 23. Cū votū voueris deo tuo: non tardes reddere. Ex pmiſſis videt: ꝙ cū deo et nō ſcis votū fiat: ꝙ deo de re votata adquirit ius ſiue de re promiſſa.

## Pro euidē

de pmiſſiōe et voto ſcdʒ vtrūqʒ ius.

tia hoc eſt cōſiderādū: quid doctores ſentiūt de pmiſſione: et quid de voto: ⁊ his viſis videbit de re promiſſa ſi adquirit ius/ et cui. Vñ reperio: ꝙ de pmiſſione due ſūt opiniones. vna legū/ alia canonū. Scdm legiſtas nō eſt de re pmiſſa ſola pmiſſione actio neqʒ ius alicui acquiſitum imo ſcdm iſtos licitum eſt ſeruire de vento. hoc eſt multa promittere ⁊ parū dare vel nichil. Et ad hoc faciūt leges ꝓallegare. ff. de re mili. Nō oēs parra. ſi. Et. ff. de pactis. l. Iuris. Scdm vero canoniſtas promiſſione ſola adquirit ius: cui res promiſſa eſt. Et ſcdm Bñʒ gloſatorē decretaliū/ ⁊ extra de pactis. c. i. habet: ꝙ qui recedit a pacto ſiue pmiſſione: peccat mortaliter/ ⁊ tenet ſeruare pactum ſeu pmiſſionē. Et extra de pactis. c. Cū pride. ⁊. c. i. ⁊. c Studioſe. Et de ꝓben. ca. Relatum. Habet: ꝙ q̄ promittuntur: opere debent impleri.

## Circa votū

dubitat primo: an votū ſit promiſſio. Scdo ſi differūt/ ⁊ in quibus. Tertio: ſi acqrit de re votata ius baſilice ſeu loco ſctōꝝ

## Ad primum

dubiū an votū dicat promiſſio eſt dicen. ꝙ ſic. Nā votū ſic diffinit a Ray. in ſua iuris ſuma Votū eſt alicui⁹ animi boni cū deliberatiōe facta pmiſſio. promiſſio ponit loco generis/ ⁊ votum vt eius ſpecies.

diffinitio voti.

## Ad ſecūduz

dubiū dr: ꝙ differūt: ⁊ in multis. Primo: ꝙ pmiſſio de qua loquūtur canones: fit ab hoie hōi. votū ab hoie deo. Scdo de rōe pmiſſionis nō eſt cōmutari. de ratione voti eſt in melius commutari. Etiā res q̄ promittit debet dari a pmittēte: cui promiſſa eſt. res q̄ votat: pōt dari alteri ꝙ̄ pmiſſa ſit. ⁊ alibi.

differētia inter votū ⁊ pmiſſionem

## Ad tercium

dubiū. ſi acquirit de re votata ſeu per vouentē pmiſſa baſilice ſcti vel ſctē ius. Ad hoc dicēdū ꝙ cū votū p̄emiſſis differētiis differat a pmiſſione: q̄ fit ab homine hōi. de re votata ſeu deo promiſſa nō adquiritur loco ſāctoꝝ ius. Nā licet ſola pmiſſione vt doctores aſſerūt acqrat ius: cui res promiſſa eſt/ et qui promiſit: teneat dare: cui pmiſit aliter mortaliter peccaret. Hoc eni eſt intelligendū de promiſſione: q̄ fit inter hoies adinuicem. ſed nō de voto ſeu pmiſſione: que fit ab hoie deo. q̄ fit ſctis vel ſub noie ſctōꝝ locis quibus nō acquirit ius niſi deo. cū deo votū fiat. licʒ ſcti nominē

Et pp̄ter hoc nō differūt facta
ab hoīe deo p̄miſſio et votū. iō
dicūt doctores: q̄ de ratione vo
ti eſt in melius cōmutari. Nō
quid ſit de ratiōe voti et p̄miſſiōis nō eſt ſic de p̄miſſione: q̄ ab ho
mine fit hoi. Nā talis de rōne
ſui nō eſt ꝯmutabilis ad aliū ſi
ne p̄iudicio illius: cui facta eſt
p̄miſſio. cū illi ſola p̄miſſione
ſit ius adq̄ſitū. qđ nō eſt ſic de
p̄miſſione voti. que ſanctis fit.
vt ſūt vota oīa dēptis tribus re
ſeruatis facta ſanctis. que poſ
ſunt ꝯmutari/ et ꝯmutant in me
lius: qn̄ redēptioni dantur.

Sed his ra
tionibus videretur repugnare
quod dicūt doctores. ſ. melius
eſt nō vouere q̄ a voto cadere.
Notat. 32. q. v. Si paulus Si
eni illud quod per votū ſeu vo
uentē votatū eſt vel p̄miſſū ali
cui loco ſanctorū: eidē loco non
datur: ſed redēptioni ꝯmutat/
tūc vero votum nō ſeruatur. et
hoc eſt a voto cadere.

Ad hoc dicē
cadē a voto dum q̄ nō eſt a voto cadere illō
in melius cōmutare. Nā ſolus
ille a voto cadit et illud tranſ
greditur: qui deſerit maius bo
num p̄pt̄ min⁹ vel par. 20. c. 3.
Propoſitū. Deus eni in ſe et in
ſanctuariis ſuis nō indiget au
ro neq3 argēto pannis ſericis
nec/aureis margaritis neq3 a
liis lapidib⁹ p̄cioſis. etc. Qz vt
dicit p̄pheta bonorū noſtrorū
nō indiget. niſi in mēbris ſuis
ſcz pauperib⁹. quib⁹ oio paupe
riores ſūt captiui chriſtiani int
enicis fidei venditi et ſubiecti

¶ Sed ex p̄miſſis poſſet oriri
vnū dubiū: certe q̄ aliquis ſub
his vel ſimilib⁹ verbis dicit: ego
p̄mitto ſancte marie mōtis ſer
rati vel alibi vnā lāpadē vel co
ronā argenti vel aliud/ et nō di
cit: ego voueo vel votū facio. etc.

Queritur ſi qđ
p̄miſſū eſt per illud verbū pro
mitto ſancte marie mōtis ſer
rati pōt cōmutari in redēptio
nem captiuorum: cū nō dixerit p̄
mittēs voueo? ¶ Ad dubiū re
ſpondeo q̄ ſic. quare qz licet ſit
p̄miſſio et nō votū: tn̄ talis pro
miſſio vim hab3 voti. Primo qz
ſicut votū fit ab hoie deo: ſic et
talis p̄miſſio. Secūdo ſicut vo
tum eſt in melius cōmutabile:
et talis p̄miſſio. Tertio et ſicut
votū fit ſub noie ſancti vel ſctē
vel eorū ſanctuario: ſic et talis p̄
miſſio. ¶ Et ſi opponat: res q̄
p̄miſſa eſt vi p̄miſſionis debet
dari: cui p̄miſſa ē. ſed talis res
ſcz lampas vel corona p̄miſſa ē
ſancte marie de monte ſerrato
ergo ipſi vel loco ei⁹ liberāda ē

Ad hoc rn̄
dē q̄ verū eſt ante cōmutatio
nem in melius. ita eſt eni de ta
li p̄miſſione ſicut eſt de voto. qđ
in melius pōt cōmutari. Ecce
q̄ talis p̄miſſio et ꝯſimilis vi ha
bet voti. Et ideo pōt ſic diffiniri
Promiſſio facta deo ab hoie ē
votū. et econuerſo. Votum eſt
deo ab hoie facta p̄miſſio. Ex
predictis colligi poteſt/ et clare
oſtēditur: q̄ promiſſio facta ab
hoie homini et promiſſio facta
ab homie deo nō ſūt idem. imo

multū differūt. Nam ꝓmiſſio deo ab hoīe ſacta habet vī voti.

Pro huius vero materie maiori elucidatione aliqua ſūt notanda. Primo ꝙ quidquid ꝓmittitur ſeu votatur ſancte vel ſancto locis ſctōrum vel loco: ſub noīe eorꝫ deo promittitur. Scḋo: ꝙ in voto vel equiualenti ꝓmiſſione adquiritur primo ꝛ ꝑncipaliter ius deo cui factū eſt votū illud ſeu promiſſio illa. ſecūdario: pro deo illis ſanctis locis vel loco ſctōꝝ: ſub quorū noīe votū factū eſt. ¶ Tertio: ꝙ voti oblatio ſemꝑ loco eſt tradēda: vbi fuit ꝓmiſſa niſi in melius ſit cōmutata. ¶ Quarto ꝙ dū in melius cōmutatur: locus ſanctoꝝ in aliquo nō preiudicat. ¶ Quinto ꝙ votū factū deo ſeu ꝓmiſſio ſi in melius ꝯmutatur: ius ſanctoꝝ in illo opere meliori transferre nō denegat. ¶ Sexto: ꝙ illud ius quod deo per votū ſeu promiſſionē fuerat acquiſitū: nō auferatur a deo poſt voti vel promiſſionis cōmutatione.

His ꝑnotatis faciliter pōt reſponderi ad rationē illius boni patris [illegible] inquientis: ꝙ oblatio voti ſoli poterat cōmutari [illegible] redēptionis: eo q̄ de tali oblatione erat ius acqſitū ſolo voto ſeu ꝓmiſſiōe loco ſanctoꝝ. ꝛ ex cōſequenti ſi talis oblatio redēptioni cōmutaretur: hoc fieret in preiudiciū illius loci: ad quē votum fuerit directū. ¶ Ad quod dicendū: ꝙ nō eſt verū poſt cōmutationē in melius. vt videri poteſt manifeſte ex ſupradictis rationibus ꝑnotatis. Minus ergo bene ſe habuit: quādo falſum veritati prepoſuit ille. Nā talis in honorē talia dicendo ſibiipſi ꝓcurauit. Nā vt dicit philoſophus. ſecūdo ſue rhetorice manifeſta negare irreuerētia eſt. Et turpe eſt illi negare: qđ oībus ſcire conuenit.

Terciū per quod adquiritur de re aliqua ius alicui: eſt obligatio. Si eni per inſtrumentū conſtat aliqđ alicui fore obligatū cum iuramento peniſqꝫ pecuniarꝫ vel aliter et cū teſtibus conditionibus in ſimilibus apponendis appoſitis: veriſſimū eſt ꝙ virtute talis obligationis eſt ius adquiſitū illi: cui per tale publicū inſtrumentum noſcitur talis res eſſe ſua. Ita eſt in propoſito: ſi voti oblatio tali obligatione eſſet alicui dñino vel loco ſanctorum obligata: non eſt denegandum: ꝙ non ſit de tali re ſiue oblatione loco ius acquiſitum. ¶ Sed non ſic ꝙ talis obligatio non poſſit auferri / et res obligata tolli. Et etiam ſi res talis loco ſanctorum data et diuinis vſibus dedicata eſt. ¶ Et ſi hoc fieri poteſt: multo magis res talis ſcilicet oblatio voti de qua ſola promiſſione nō eſt ius acquiſitum loco ſanctorum niſi pro deo.

Nam fortius eſt poſſe auferre quod iam datū eſt & deo dedicatum  cōmutare in meli⁹ illud: quod loco ſctōꝝ eſt ꝓmiſſū Et ad hoc probandū deducere intendo aliqua iura & rōnes.

rōnes ad ꝓbandū ꝙ papa pōt ꝯmutare vota in pios vſus.

# Et prio ſic.

Papa poteſt eccliaſticā ꝑſonaꝫ iure ſuo priuare. viii. q. 3. Per ꝑncipalē. di. xix. In memoriaꝫ Extra de ꝯceſ. preben. Qui ad diuerſitatē Cū ergo loci ſctōꝝ ſeu ꝑſone ſanctuarioꝝ ſint eccleſiaſtice ꝑſone: qbus de oblatione voti eſt ius acqſitū & actio acquiſita: illas ꝑſonas eccliaſticas pōt iure & actione acqſitis priuare / et talē rem ſeu votꝫ oblationē alteri vel alibi dare. inṫm ꝙ nullā amplius hēbunt ius exigendi. Et ſi hoc pōt facere papa: forti⁹ quod min⁹ eſt talē voti oblationē: de qua ſola ꝓmiſſiōe erat locis ſeu eoꝝ ꝑſonis ius acquiſitū: pro deo redēptioni cōmutare. ¶ Scdo deducit idem ſic. Papa pōt abſoluere hoīem ab obligatione: qua tenet hōi. & hoc ſcdꝫ Innocentiū de plenitudine pṫatis. ar. ix. q. 3. Per ꝑncipalē. C. de quadrieni. pſ. Bene a cenone. Et. C. de ꝑmi. off. l. Quotiens Idē Hoſti. & Bhs. Igiṫ pōt illum hoiem obligatū abſoluere ab illius oblationis voti obligatione. qꝛ obligat⁹ eſt loco ſcōꝝ ſeu ꝑſone locū regēti vel miniſtranti: cui facta fuit talis obligatio Et ſi hoc pōt facere: multomagis illū abſoluere ab oblatione voti. in qua ſolū tenetur ſola ꝓmiſſione. Nā talē oblationem voti papa potuit & poteſt redēptiōi cōmutare. cū magis ſit abſoluere ab obligatione  a promiſſione. ¶ Sed qd ſi talis obligatio de tali obligatiōe voti facta ſit roborata iuramēto / Dico: ꝙ nō obſtāte iuramēto ſi interpoſitū ſit obligatus: erit totaliter liberatus. Rō qꝛ papa pōt cōcedere vt qs veniat contra iuramētū licitū. Extra de iureiu. Venientes. Vbi ſanctus doctor ſcda ſcde. q. lxxxviii dicit ſic. In iuramētis ꝓmiſſoriis diſpenſari pōt ſicut i votis Et poſt quedā verba inqt. Cuꝫ vero ꝓmittiṫ aliqd cū iuramēto: quod eſt manifeſte licitū et vtile: in tali iuramēto nō videṫ habere locū diſpenſatio vel cōmutatio: niſi aliqd occurrat melius faciendū. quod maxime videtur ad poteſtatē pape. q̄ habet curā vniuerſalis eccleſie. ſimiliter & iuramenti relaxatio.

# Rōnib⁹ er

go ꝑmiſſis cōcludiṫ: ꝙ licet loco ſanctoꝝ ſeu ꝑſonis eoꝝ ius acqraṫ: tñ ſi redēptioniꝫ datur vel ꝯmutaṫ: in hoc talis locus nō ꝑiudicaṫ. qꝛ vt dictū eſt illō ius pro deo quod fuerat loco tali acquiſitū. per cōmutationeꝫ transferṫ ad illud pietatis op⁹ in quo de re votata ſeu ꝓmiſſa fuerat loco illi ius acqſitum. et hoc fit per cōmutationē. Conſtat ergo ſepe repetitū: ꝙ hi religioſi ordinis mercedis vi ꝑuilegii poſſunt ad tā vtile & licitū redēptionis opus vota ꝯmutare quo ad oia nullū preiudicium inferendo loco nec loci perſone. ¶ Et me rito iſtis ſingulariter illud eſt cōceſſum ꝓpter

finem ad quem ordo iste fūdatus est. Nam quecūqz fiunt: necesse est accipere finez.3. phisic. Et cum scdm phm.ii.phic. finis non solū est vltimū rei:sz est optimum et vltimū:et finis huius religionis seu eius fūdationis sit maximus: qz ꝑpter redemptionis opus:ideo necessario ꝑpter hunc finē fuit istis religiosis auctoritas ista cōcessa cōmutādi vota. Quia finis ponit auctoritatem in his que sunt ad finem:vt inquit xmentator Auerr. Sed anteꝗ̄ de fine isto aliquid tractē: ꝓposui deducere fundationem huius alme religionis.

de fundatione atqz origine dicti ordinis de mercede

Vndesciēdum: ꝙ ordo iste fuit diuinitus premōstratus et miraculose reuelatus modo sequenti In illa nobili ciuitate barchinone ꝓuincie cathalonie fundate ab Hercule grecorū fortissimo milite:que nūc fulget diuitiis moribus et consiliis regnante tunctꝑis rege Jacobo. sancte memorie: erat quidam vir dei noie Petrus de nolasto mercator optim⁹ iustus et pi⁹ ac multum cōpatiens et misericors. Hic fuit ab origine mancii sanctarū puellaꝝ sancti pauli diocesis deo eiusqz genitrici multū deuotus: qui cū vidisset frequenter maris christianorū riparias versus partes illas infestare a saracenis fidei inimicis plurimos vtriusqz generis fideles christianos capere rape et captiuare et ad vrbes secte machometice damnate transportare: non modicum tristis de illorum infortunio ad virginem dei matrem recurrere nō est oblitus. Sed flexis genib⁹ multiplicatis gemitibus et suspiriis cū lachrimis orando humiliter postulabat: vt subueniret:si sāctitati sue placeret vna cum vnigenito suo dulcissimo illis miseris christianis captiuatis sub iugo agarenorum infidelium detentis. Quadā autem vice cum sic perseueranter orationibus instaret / apparuit ei illa peccatorum ꝓpicia aduocata vestimentis miromodo cādidissimis adornata / portans i vlnis suis filiū suū preciosissimum iesum benedictuz humani generis redemptorem: que allocuta est ei sic. Charissime mi deuote fletibus tuis et indesinente oratione tua cōmotus est animus meus ad cōpatiendū captiuis christianis: de quorum captiuitate afflictus manet et tribulatus spiritus tuus quare a modo letare et desiste a lachrymis:a deo quia a dilectissimo filio meo obtinui: ꝙ fiet vna noua religio in hac ciuitate:cuius fūdator erit nobis dilectus rex aragonum. Huius religionis titulus erit sancte marie de mercede. Cuius fratres redimēt et liberabūt christianos captiuos a tirānica potestate inimicoꝝ fidei orthodoxe:ꝓpter quod magnam consequentur mercedez ꝓ opere isto corām filio meo. Que enim vidisti et audisti:nuncia regi tuo Jacobo nobis deuoto. Quod et fecit. et idem quod iste viderat et audierat: rex vidit et audiuit:nunc non et frater Raymundus de pen afort ordinis

pꝛedicatoꝝ confeſſoꝛ regis qui in illis tēpoꝛibus fulgebat mltis miraculis. De cuius conſilio ipſe rex fundauit iſtā ꝑſſimā religionē. Et ille ſanct⁹ vir petrus de nolaſco factus eſt p̄mus frater huius religionis. Et tēpore ſummi pōtificis honorii tertii pontificatus ſui anno. vi. ſ. anno dñi. M. ccxviii. idꝰs auguſti. ſ. prima die mēſis recepit habitū ōmo albū ad honorē virginis. Et ſignū i quo deſuper eſt crux ꝓpter tria ſignificata. Pꝛimuz: quia ſicut chꝛiſtus nos redemit per crucē ſic ⁊ iſti religioſi erāt captiuos chꝛiſtianos redēpturi. Secundum ꝓpter locum. ſ. ſedem cathedꝛalem ciuitatis barchinone: que ītitulatur ſancta crux. Tertium ad honoꝛem v̓ginis eulalie patrone dicte ciuitatis q̄ fuit in cruce ſiue eculeo martirizata. In cuius capella dict⁹ petrus de nolaſco recepit habitū cum ſigno crucis. Et a receptione habitus i dicta capella in pꝛimoꝛdio religionis noīati fuerūt a multis hi viri religioſi fratres ſancte eulalie. In eodē vero ſigno ſub cruce ponuntur vexilla regis aragonū linee croceę ⁊ rubee ad denotanduz ꝙ rex aragonū fundauit hanc ſanctā religionem.

Crux ponitur in ſigno religionis de mercede

# His pꝛemiſ

ſis reuertamur ad illud quod dictū eſt: videlicet quare a ſede apoſtolica cōceſſum eſt fratribus huius religionis poſſe cōmutandi vota ꝓ redemptione captiuoꝛum et ipſi gaudent pꝛe ceteris multis gratiis ⁊ pꝛiuilegiis x̄n eccleſia dei. Ad qd dictum eſt iā: ꝙ ꝓpter finē maximum redēptiōis. Tho. ſcda ſcđe. q. clxxxviii. dicit: ꝙ illa religio tenet gradū ſuū que oꝛdinatur ad altioꝛem actum ⁊ ad plura / vel que hēt ad finē ꝓpoſitum ꝓſequēdum cōuenientioꝛa ſtatuta.

# Cum ergo

hec religio ſit fundata et oꝛdinata ad altiſſimū actū vite charitatis actiue. ſ. ad redimēdū pꝛincipaliter captiuos chꝛiſtianos et ad plura. ſ. oīa alia pietatis opera vite actiue. Nā in iſto opere ſex alia opera charitatis īcludūtur. Nā iſti religioſi captiuos veſtiūt / paſcūt / potant viſitant et ſepeliūt. Merito ergo ꝓpter tam altiſſimum actum redēptionis et plurium ſex alioꝝ operuz vite actiue eſt iſtis fratribus cōceſſa auctoꝛitas cōmutandi vota. ¶ Secūdum propter quod eſt iſtud eis cōceſſum: eſt ꝓpter finem ꝓpoſitū cōſequēdū ſtatuta oꝛdinis ꝯuenientioꝛa. Hoc ex dictis ſāncti tho. ſcđa ſcđe. q. vt ſupꝛa.

naufragia et ꝑicula atqȝ duo mīna religioſi oꝛdinis ꝓ captiuoꝝ redemptione

Hi religioſi ex ſtatutis. ſ. conſtitutionibus oꝛdinis ꝓpter iſtuz finem propoſitū pꝛoſequendū redēptionis habēt maria tranſfretare / periculis maris ſe exponere ventis tēpeſtatibus et fluctibus intantū: ꝙ nonnulli ſubmerguntur: alii piſcib⁹ pꝛoiciūtur: vt noſtris tempoꝛibus viſum eſt de fratre Guillermo camini monaſterii valentie cōmendatoꝛe: que ex maris tempeſtate incredibili poſte de nauis ſummitate cādente in capt

